Paulo olim Stanislai Falkowski de Falki Kowasady h[aere]di et ejus legitimis successoribus Bonorum in haereditate Zdroyki consisten[tem] in primo campo Kowasady totam sortem suam se concernen[tem] quicquid ipsum concernit in agris pratis campis rubetis et post zagumienia nihil in eode[m] campo relinquendo Cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus attinentijs nullis in eode[m] campo commodis exceptis perpetuis temporibus dedit donavit ac inscripsit. Qui iam ex nunc Introm[issionem] realem cum pacifica possessione per illum et suos fuos acceptandam dat et admittit. Submittendo se cum suis posteris memoratum donatarium et illius posteros racione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per et contra omnes Oppressiones Tricas tueri defendere evincere eliberare et illius per se et per submissas personas in securitare Sub damnis Tribus simpliciter taxatis. Et Coram off[ici]o Castren[si] Capitan[eali] Bransen[si] cum bonis et posteris suis incorporat. In primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibusq[ue] impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores C[ede]ti abscribendo. Hac sua personali recognitione mediante.

Radziszewo — Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Bransen[sibus] personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Alberti Olszewski de Linki h[aere]s sanus mente et corpore existens palam publice libereq[ue] recognovit. Quia sibi Nobilis Petrus filius Joannis Radziszewski ex obligatione bonorum in haereditate Linki Radziszewo sitt[orum] per Nobilem Gasparum Olszewski sibi in Viginti Florenis inscripta tandem eidem perpetuo resignata eosd[em] Viginti Florenos persolvit, ideo ipsum quietat Inscriptionem cassat. Et de bonis d[ic]ti perpetuo h[aere]di et legitimo iuris quaestitori condescendit perpetuis temporibus. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Koce — Exemptio.

Coram officio Actisq[ue] praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransen[sibus] personaliter comparens Nobilis Petrus olim Stanislai Koc de Koce Schaby h[aere]s sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Mathaeus olim Mathaei Koc ex obligatione bonorum in haereditate Koce Basty sitt[orum] per Nobilem Nicolaum olim Joannis Koc sibi in Decem Sexagenis pecuniae inscripta tandem sibi per Nobilem Paulum filium Nicolai perpetuo inscripsit tandem sibi condescendendo iuris